Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Praefatio suscepti operis et quomodo vir dei sanctus

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

parte animae tuae. Ego enim carnibus meis tempo
raliter non parco. ut animae meae aeternum par
catur. Tunc in furore ductus praeses. ungulis late
ra eius adtrectari praecepit. et lampadibus ar
dentibus exuri. At uero theophilus nihil aliud
in tormenta clamabat. nisi hoc. Xpe filius di te
confiteor. adiunge me in numero seruorum
tuorum. Erat autem intrepidus uultu et con
stans. ita ut non putaretur ipse torqueri. Cumque
tortores et ipsa tormenta deficerent. hanc
pses impiissimus. dictabit sententiam. Theophi
lus qui nunc usque diis inmortalibus sacrificauit.
et cultor ipsorum extitit. nunc uero puaricator
inuentus est. ita ut abeis discederet. et sectae se
traderet xpianae. iussimus capite plecti. Theo
philus dixit. Gratias tibi xpe. et gaudens per
gebat ad coronam supnae uocationis. qui ab un
decima hora conductus. meritus fuit aequam
portionem cum illis accipere. qui a prima hora
usque ad duodecimam operati sunt pgratiam eius
qui glorificat suos scos. Cui est honor et gloria
in saecula saeculorum. amen.

EXPLICIT PASSIO SCAE DOROTHEAE UIR
ET THEOPHILI MARTYRES.

INCIPIT PRAEFATIO SUSCEPTI OPERIS ET QUOMODO UIR DI SCS UEDASTUS REGI HLUDOUUO ADIUNCTUS ESSET.

IX.

Postquam ds et dns noster ihs xps ouem quae
rere perditam de caelis in hunc mundum
p uirginale uenerat uterum. et tota suae dispen
sationis et nostrae salutis pacta plenitudine
cum triumpho gloriae ad sedem paternae maies
tatis reuersus. ut tetras ignorantiae tenebras
toto depelleret orbe. multa scorum lumina
doctorum euangelicae pdicationis lucae ful
gentia toto diuiserat mundo. ut sicut caelum
fulgentibus ornatur stellis. quae tamen omnes
ab uno inlustrantur sole. sic et lata terrarum
spatia. scis splendescerent doctoribus. qui tam
ab aeterno sole inluminati. diuina praeueniente
gratia. caecis ignorantiae tenebras uerae fidei
fulgore. et glorioso xpi nomine inlustrarent.
ut eis ministrantibus longa ab initio saeculi esu
ries. aeternae uitae aepulis satiaretur. De quo
rum numero scs di sacerdos uedastus et pdicator
egregius. temporibus fortissimi regis tunc
temporis francorum hloduuici (cloduui) in has diuina
dirigente gratia ob multorum salutem per
uenit regiones. quatenus supnae pietatis suf
fultus auxilio. populum diabolica fraude de
ceptum. et errorum laqueis captiuum. in uiam
dirigeret salutis aeternae. et uerae quae in xpo
est libertati restitueret. sed ut hoc acceptabili
secundum apostolum fieret [illegible] quia et. Ecce
nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salu
tis. Dns ihs qui uult omnes homines saluos
fieri. competentem suo famulo praeuidebat
causam. quomodo oportunae administerium
uerbi di peruenire ualuisset. Contigit uero
praefatum francorum regem hlothuuium
alamannis bella inferre. qui tunc temporis
regno suo per se potiti sunt. Sed non eos ita
offendit inparatos ut uoluit. Nam fortissima
collecta manu regi circa ripas rheni fluminis.
obuiauerunt unanimes bellica uirtute patria
defendere. uel libera manu ppatria mori.
et fortissime utrimque decertatum est.
Hinc et triumphi gloriam. illi ne patriae pderent
libertatem. In mutuam corruentes caedam.
Igitur rex nimio turbatus terrore dum ini
micos uidit fortiter pugnare. et suos pene
ad internetionem uinci. magis coepit de sa
lute desperare. quam de uictoria sperare. Et
si nec dum uoluntate renatus est in xpo. tam
neccessitate cogente ad xpi confugit auxilium.
Et quia reginam habuit religiosam baptismique
sacramentis initiatam nomine hlothilt. oculos
cum hac uoce ad caelum leuauit. O dne unice
potestatis et summae maiestatis quem regina
hlothilt colit confitetur et adorat. Concede

mihi hodie de inimicis meis uictoriam. Nam ex hac die tu solus mihi eris ds. Et ueneranda potestas. Tu mihi triumphum praesta. Et ego tibi seruitium promitto sempiternum. Mox diuina operante pietate terga uerterunt alamanni. uictoria cessit regi et francis.

QUOMODO DO REX FESTINAUIT POST UICTORIAM AD BAPTISMUM. ET SIBI SCM UEDASTUM SOCIUM ADSCIUIT. CUIUS DOCTRINA FIDEI SACRAMENTA SUSCEPIT.

II O mira omnipotentis di clementia. o ineffabilis bonitas. qui sic exaudiet et numquam derelinquet sperantes in se. Quanta fide xpiani illius inuocare misericordiam debent. dum paganus rex ad unius precis effectum tantam promeruit uictoriam. Cui ex antiquis huius diuinae pietatis auxilium adaequare debemus. qui ob unius momenti lacrimas tam celebrem uenturo suo seruo contulit triumphum. nisi ezechiae regi qui in angustia tribulationis una tantummodo petitione promeruit. Non solum a praesenti uastatione ciuitatem superna protectione defendi. sed etiam in eadem nocte qua preces in diuinas effuderat aures. centum octuaginta quinque milia hostium. laetus et liberatus occidi uiderat. Haec uero uictoria de qua ante diximus regi populoque suo causa fuit salutis aeternae. Et ne lucerna sol scilicet uedastus sub modio lateret absconditus. sed supra candelabrum positus. exemplis et praedicationibus in domo di lucens. ab errore idolatriae et caligine ignorantiae. In uiam plurimos educeret ueritatis. Igitur superatis hostibus et rebus in pace compositis. et alamannis suae subiectis dicioni. rex ouans cum laude triumphi patriam redit. Et ut fidelis tantae gloriae largitori sponsor appareret. festinauit seruorum xpi sacra inbui praedicatione. et sci baptismatis ablui sacramentis. uenit ad tullum opidum ubi scm agnouit uedastum. laudabili religione soli seruire do. Et dulcissimos contemplatiuae uitae carpere fructus. Hunc uero ad scm remedium xpi clarissimum sacerdotem remanam properans ciuitatem. sibi socium adsciuit. quatenus per singulos itineris sui gressus saluberrimis ab eo inbueretur doctrinis. et catholicae fidei firmis initiaretur fundamentis. Ut paratus fide et uirtutum scientia a tanto pontifice spiritali ablueretur lauacro. et ab illo donis caelestibus confirmaretur. quod ab isto prius diuina proueniente gratia euangelicis coeptum fuerat praedicationibus.

Hic ad fontem uitae festinantem deducebat regem ille in fonte salutis aeternae uenientem abluebat. Ambo quippe modum pari pietate patres.

Hic doctrina fidei. ille baptismatis unda. utrique aeterno regi regem temporalem munus optulerunt acceptabile. Hi sunt duo oliuae candelabra lucentia a quibus rex praefatus. in uia di eruditus. et a diaboli catenis erutus. miserante do portam perpetuae lucis ingressus. Cum fortissima gente francorum credidit xpo. Et facta est gens sca populus adquisitionis ut adnuntientur in eo uirtutes illius. qui eos de tenebris uocauit in admirabile lumen suum.

Quomodo in uia sub presentia regis et populi uir di uedastus caecum inluminauit.

III Sacra igitur euangelicae auctoritatis narrat historia dnm ihm hiericho pergentem. ad confirmanda in fidem suae maiestatis corda populi praesentis. cuidam caeco ad se clamanti lumen reddidisse oculorum. ut per corporale unius illius caeci lumen spiritaliter multorum inluminarentur pectora. Ita et scs uedastus do xpo donante prius quidam inluminationem caeci fidem quam uerbo praedicauit in corde regis miraculo confirmauit. ut rex ipse intellegeret tam sibi esse necessarium cordis lumen. quam caeco oculorum inlustrationem. Et quod diuina operata est gratia per preces famuli sui in oculis caeca nocte castigan

Hoc per ſermoneſ eiuſdem famuli eadem operante potentia
ſpiritalis intellegentiam lucis in ſuo pectore perfice-
retur. Nam regia excellentia cum digno comitatu
cum multitudine maxima populi iter agentibus
illis. uenit in quoddam pagum qui incolarum terrae
illius conſuetudine ungiſe pagus dicitur prope regulia-
cam uillam. quae ſita eſt ſuper florigeras axonae flumi-
nis ripas. Et ecce eiuſdem fluminis ponte rege tranſe-
unte cum multitudine populi. obuiauit illis caecus
quidam huius dulciſſime ſolaris expers luminis.
forte nec ſui caecatus culpa. ſed ut manifeſtarentur
opera dei in illo. Et per illius inluminationem praeſentium
plurimorum inluminarentur corda ſpiritaliter.
Qui cum intellexiſſet a praetereuntibus ſanctum uedaſtum
epiſcopum in eodem iter agere comitatu clamauit.
Sancte et electe deo uedaſte miſerere mei. Et ſupernam
pio pectore diligentius depoſce potentiam. ut meae
ſubueniat miſeriae. Non aurum poſco nec argentum.
ſed ut mihi lumen per ſanctitatis tuae preces reſtituat
oculorum. Senſit itaque uir dei uirtutem ſibi a deo
ſupernam. non ob illius caecitatem tantummodo. ſed plus propter
praeſentis populi ſalutem. totum ſe in ſacras effudit
preces in diuina fidens pietate dexteram cum ſigno
crucis poſuit ſuper oculos caeci dicens. Domine ihesu
qui es lumen uerum qui aperuiſti oculos caeci
a te clamantis. Aperi oculos et iſtius. ut intel-
legat populus iſte praeſens. quia tu es ſolus deus fa-
ciens mirabilia in caelo et in terra. Mox ille
caecus lumine recepto. gaudens perrexit
uiam ſuam. In quo loco tempore ſequenti a re-
ligioſis uiris aedificata eſt eccleſia in teſtimo-
nium miraculi iſtius. in qua orantibus et cre-
dentibus uſque hodie beneficia praeſtantur
diuina. Quod rex hlothuuicus ad baptiſmum
uenit. Ibique in remis ciuitate uirum dei uedaſtum
ſancto commendauit remedio pontifici.
Igitur rex auito dei euangelicis adprime inbu-
tus doctrinis. et hac praeſenti miraculo in fidem
firmiter confirmatus. nil moratus in uia
nil dubitans in fide. ſed magna alacritate animi magna
feſtinatione itineris. ſanctiſſimum pontificem reme-
dium uidere properauit. ut illius ſacratiſſimo mi-
niſterio ſpiritu ſancto operante in remiſſionem peccatorum
et ſpem uitae aeternae catholici baptiſmatis uiuo
ablueretur fonte. Cum quo aliquantis moratus diebus.
ut eccleſiaſticis ſatiſfaceret ſanctionibus. et poeni-
tentiae ſecundum apoſtolicum praeceptum prius
ablueretur lacrimis. dicente beato petro prin-
cipe apoſtolorum. Paenitentiam agite et bapti-
zetur unuſquiſque ueſtrum in nomine domini noſtri
ihesu chriſti. Et ſic in nomine ſanctae trinitatis caeleſtis
myſterii baptiſma ſuſciperet. Sciens uero bea-
tus pontifex apoſtolum dicere paulum. omnia
ueſtra honeſte cum ordine fiant. ſtatuit diem
quo rex eccleſiam intraret. ad ſuſcipienda diuinae
pietatis ſacramenta. Quale fuit tunc ſanctis dei
gaudium. qualis in eccleſia chriſti laetitia. Cum ui-
derent regem niniuae ad praedicationem ionae
de ſolio maieſtatis ſuae deſcendiſſe et in cinere
ſediſſe poenitentiae. et ſub pia dei ſacerdotis dex-
tera ſuae excellentiae caput humiliare.
Baptizatus itaque rex cum optimatibus ſuis
et populo. qui diuina praeueniente gratia ſalu-
taris lauacri gaudebat ſuſcipere ſacramentum.
Utrumque et uictoria ex hoſtibus et ſuae ſalutis
uoti compos. ad ſceptra regni regenda reuer-
ſus eſt. Sanctumque uedaſtum beato pontifici
commendauit remedio. quo ibi moratus uitae
meritis et uirtutum claruit exemplis. omnibus
amabilis et uenerabilis factus eſt. Fuit enim
morum dignitate religioſus. caritate prae-
cipuus. fraterna dilectione iocundus. humili
pietate eximius. orationum uigilantia aſſiduus.
ſermone modeſtus. corpore caſtus. ieiunio
ſobrius. miſerorum conſolator. Non de terre-
no cogitans. ſed ſemper de deo confidens clementia.
Omnes ad ſe uenientes aeternae uitae pane paſ-
cebat. Nullum in ſua deſpiciebat anguſtia.

ſed pie conſolationis uerbo reficiebat meſtos.
Neminj uel uerbo nocuit; ſed fraterno amore
cunctis p̄deſſe ſatagebat. unde etiā [illegible] plurimis
inluſtribus frequentabatur uiris. ut illius ſa
cratiſſimo alloquio. uel in triſtitia cuiuſlibet
ſollicitudinis ſuſciperent conſolationē ł in religi
one eccleſiaſticę exercitationis ab eo puram au
dirent ueritatem. Unde et illius pia deuotione
multi a diaboli laqueis liberati ſunt; et uiā uitę
p̄petuę ſup̄na adiuuante pietate ingreſſi ſunt;

De conuerſatione uiri dī in remis et de miraculo
uini ibi geſto.

V Scilicet multi ut ſupra diximus ob celeberrimam
ſc̄itatis famā nobilium ł plebeiorum uiri dī uiſitare
ſolebant; ut conſolarentur p̄ gratiā quę abundabat
in labiis illius. Et quia ex abundantia cordis os
loquitur; et quia fraterno amore omnes dilige
bat; omnibus ſe affabilem preſtabat. Aliorum
ſalutem ſuum reputans lucrum nec dominicę
talentum pecunię pigritię obruit humo; ſed coti
diano caritatis ſudore multiplicare ſtudebat;
ne uacuus reueniente domino ſuo in conſpectu appa
reret illius. Igitur quidam uir nobilis et religi
oſus inter alios famulum uenit uiſitare xp̄i.
ut per eum caeleſtis doctrine reficeretur melle.
Et dum ſermo dulciſſime allocutionis in longum tra
heretur; et ſol medium caeli tranſiens centrum
creſcentes duplicauit umbras. nolebat uir dī
hoſpitem ſuum abſque caritatis dimittere uiatico;
mandauit puero ut ſi quid illi remanſiſſet uini caro
pocula portaret amico. quatenus utrumq; ł anima
refectus ł corpore confortatus domum rediret;
ſed p̄ter hoſpitum frequentiā et uiri dī largam
hominibus munificentiā. non arida patris caritate
aridum inuenit uaſculum in quo uinum ſeruari
ſolebat. Mox triſtis tacito murmure hoc ipſum
puer paternis intimauit auribus. Qui uerecun
dię rubore p̄fuſus; caritatis tamen dulcedine ab
undans. corde in diuina confiſus ſuffragia tactar

paulisper dō preces effudit. Nil de diuino dubi
tans auxilio. nil de ſue petitionis heſitans effectu.
totus in eius credens clementiam. qui de arida
petra ſitienti populo fontem aquę uiuę p̄duxit.
uel in chana galileę aquam in mirabilis uini con
uertit ſaporem. dixit puero. Uade in dī confi
dens bonitate; et quodcumq; inueneris in uas
culo non tricare nobis adferre. qui celer patno
obediens precepto cucurrit et uas uino optimo
ſup affluens inuenit. gratias dō agens alacri
animo uenienti et ſuis ſociis p̄pinauit amico.
Qui duplici roboratus caritate. remeauit in p̄pria.
ſed famulus xp̄i ne uanis iactantia uerbis uel
rumigero populi celebraretur fauore; ſub mag
na atteſtatione precepit puero omnib; uitę
ſuae diebus hoc tacere miraculum. plus dō ſoli
cognitus ēē cupiens quam hominibus; certiſ
ſime ſciens omnium ēē uirtutum ueram in hu
militate cuſtodiam. Et hanc ēē qui caritatis gra
dibus altiſſima caeli regna conſcendat. Ipſa
dicente ueritate. Omnis qui ſe humiliat exaltabit.
Vir dī Aſco remedio ep̄s ordinatus eſt atrabat
ciuitate miſſus eſt. uerbum dī predicare. Et in
introitu ciuitatis caecum et claudū curauit;
VI Dumque uir dī celeberrima uulgaretur fama
et caritatis in eo munificentia et religio uitae;
et uerbum dī [illegible] uiſum eſt beatiſſimo pon
tifici remedio tam preclaram xp̄i lucernam
melius ēē ſupra candelabrum ponere. ut ſplen
didiſſimo ſuę ſc̄itatis fulgore latius ad ſalutē
luceret multorum; quā ſub unius loci latebris
p̄pe modum abſconditā latuiſſet. Diuina diſ
penſatione et ſalubri ſacerdotum conſilio;
ordinauit eum ep̄m. Et ad p̄dicandum uerbū
uitę atrabatę eum direxerat urbi; quatenus
populus diu in antiquis male conſuetudinis erro
rib; iacens dō auxiliante p̄ aſſiduam ſacrae
p̄dicationis inſtantiā. p̄ illum in uiā ueritatis.
Et agnitione fili dī deduceretur. Qui pontificatus

gradu et praedicationis officio suscepto contigit ad praefatam
iam prouexerat urbem. Sed in auspicium futurae prosperitatis
et salutis dei cuiusdam miraculi testificatione eius ciuibus
patefecit introitum. Igitur in ipsa ciuitatis porta
duos habuit obuiam sibi egenos et infirmos caecum
et claudum miserabili auiro dei uoce stipendia pos
tulantes. mox sacerdos Christi illorum condolens miseriae.
secum tractans quid illis solacii praestare potuisset.
Et dum apostolicus praedicator pecuniam in saeculis
non habuisse sciret: in diuina confidens clementia.
Et sanctorum apostolorum petri et iohannis confortatus exemplo ait. Aurum et argentum non est meum.
quod autem habeo id est caritatis officia et pietatem
orationis addam. hoc uobis praestare non differo.
Et in haec uerba seruus dei ex intimo cordis affectu:
pro illorum lacrimis fudit miseria. Et cum fidei puritate opem illis poscebat diuinam: uel pro illorum corporali: uel pro populi praesentis spiritali salute. Nec tam
piae etiam necessariae preces inefficaces esse potuerunt
sed ab illo qui per esaiam inquit prophetam. Tempore
oportuno exaudiuite: et in die salutis adiuuite.
Mox ambo in conspectu multitudinis optatam receperunt
sanitatem. Hic luminis claritate ditatus: ille pedum
uelocitate laetatus. ambo supernae gratias agentes
pietati. maiora quam sperauerunt munera portantes domum reuersi sunt. Sed et hoc miraculum sanitatis in illis plurimi fuit causa salutis
aeternae. uidentes caelestem uirtutem uerba
consequi sacerdotis dei: relictis idolatriae sordibus.
In Christum credentes uiuo sacri baptismatis fonte
purgati sunt. Quomodo ciuitatis loca peragrans
et uix ecclesiae uestigia. Inter ruinas murorum
repperit. Et lustra ferarum tantum ibi esse
conspexit.

Praefati uero miraculi testificatione uir dei
fauore populi suffultus singula ciuitatis loca
peragrans: quaesiuit inter ruinas aedificiorum
si quodlibet ecclesiae signum inuenire ualuisset.
Nam antiquis ferme temporibus sacrae in illis
locis fidei floruisse religionem agnouit sed propter
peccata habitatorum terrae illius occulto dei
iudicio sed iustissimo: tradita est cum ceteris
galliae uel germaniae ciuitatibus pagano
et perfido hunorum regi attilo urbs quoque
illa depraedanda. qui propter nimiam animi
sui seuitiam: nec sacerdotibus dei honorem.
nec ecclesiis Christi reuerentiam inpendere
sciebat. sed omnia quasi tempestas inmanissima ferro uastauit et igne. Tunc in similitudine hierosolimitanae uastationis quae
ab impio babiloniae rege facta est: uenerunt
gentes in hereditatem dei: et pollutis manibus
profanauerunt sacraria Christi: effundentes
sanguinem seruorum dei circa altaria altissimi regis. Non haec paganorum fecit
fortitudo: sed populi christiani promeruerunt
peccata. Inuenit uero famulus Christi antiquae
ruinas ecclesiae inter murorumque fragmenta
ueprium crescere densitates.

Ubi quondam psallentium chori. ibi lustra
et latibula ferarum uisa sunt stercoribus
et inmunditiis omnia plena: ita ut uix uestigium aliquod remansisset murorum.

Haec cernens: intimo cordis dolore ingemuit
dicens. O domine haec omnia uenerunt
super nos. quia peccauimus cum patribus.
iniuste egimus iniquitatem fecimus
sed tu domine memor esto misericordiae tuae
et nostris parce peccatis et ne obliuiscaris
pauperum tuorum in finem.

Dum haec itaque lacrimosis murmuraret
querelis ecce subito ex ruinosis speluncis
ursus prosiliuit. Cui uir dei cum in
dignatione praecepit ut in deserta secederet loca: et sibi commoda inter condensa
siluarum quaereret habitacula: nec
ultra illius fluminis ripas transiret.
Qui mox tali territus minatione fugit.

nec umquam postea illis uisus est inpartib;.
O mira omnipotentis di inscis suis potentia. quibus bestiae ferocissimae oboedire sciunt. O miserabilis hominum audacia, qui salutiferae praedicationis uerba a scis prolata doctoribus contemnere non metuunt. Inrationabilis bestia inobtemperando scorum praeceptis quodammodo ratione utitur humana.
Homo uero ab imaginem di conditus. ratione praeditus, honorem suum non intellegens conparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis.

Quomodo in conuiuio apud hlotharium regem uir di signo sce crucis diabolica molimina euanescere fecit.

VIII Dum uero comperisset uir di ecclesias xpi desertas. et populi idolatriae erroribus infectum. ignorantiae tenebris obcecatum. geminos se pietatis subdidit labori. populum sedula intentione ad agnitione ueri luminis perduxit, ecclesias ad culmen summi decoris erexit. praesbiteros. et diaconos sibi inadiutorium perdiuersa ecclesiarum disposuit loca.
Et ubi prius speluncae fuerunt latronu. ibi orationum domos construxerat.
Magisque intendit eas diuinis ornare laudibus, quam pompaticis saeculi diuitiis comere. Fuit uero pauperib; largus. diuitibus affabilis. quatenus omnes uel largitate munerum. uel iocunditate uerborum inuiam deduceret ueritatis.
Sciens itaque nullatenus superba saecularis potentiae colla ad xpianae religionis humilitatem inclinari posse nisi persuauissimas pietatis ammonitiones. Apostolico instructus exemplo. omnia omnibus factus. ut omnes lucri faceret. Seniores honorib; praeueniens. iuniores paterna dilectione ammonens. ubique per officia caritatis non sua quaerens sed quae di sunt. Xpi secutus uestigia. potentium conuiuia non contempsit. non luxoriae causa. sed praedicationis obtentu. ut familiaritate concordiae facilius uerbum di conuiuantium infunderet cordibus.
Igitur quidam nobilis francus potentiae clarus hocinus nomine. regem hlotharium praedicti regis hlothuuici filium. qui tunc temporis francoru regni nabiliter rexerat sceptra uocauit ad prandium.
Quod magno apparatu in domo sua regi et suis parauerat optimatibus.
Rogatus quoque est scs ad conuiuium uedastus. Qui domum intrans more sibi solito dextera extenta, omnia scae crucis uexillo signauit.
Quaedam uero uascula ibi ceruisa stabant implera. sed male gentili errore demoniicis incantationibus infecta. quae mox ob potentiam scae crucis destructa crepuerunt. et quicquid liquoris habuerunt. interram effuderunt.
Territus uero rex et optimat; et illius huius uisione miraculi. sciscitabatur pontificem causam repentini prodigii.
Cui scs respondit episcopus. p quasdam maleficiorum incantationes ad decipiendas conuiuarum animas diabolica inhis latuit liquoribus

potentia·· Sed uirtute crucis xpi ter
rita· ſic inuiſibiliter de domo effugit
iſta·: ſicut uiſibiliter conſideraſtis
liquorem effundi in terram · ·
Haec uero res multis proficiebat in ſalute·
Nam plurimi occultis diabolicae fraudis
catenis abſoluti· auguriarum uanitate
ſpreta· incantationum conſuetudine
relicta· ad uere religionis conuolaue
runt puritatem ·
Intellegentes diuinae potentiae effica
ciam in ſuo famulo ſigna: nihil con
tra eius ſcitatem antiqui ſerpentis
ualere machinamenta· Et quod ille
ad perditionem parauerat aliquorum·
hoc xpi gratia ad redemptionem con
uertit plurimorum ·
De infirmitate obitu et ſepultura
sci uiri· Et quomodo inleſa ab igne
eadem domus manſiſſet in qua
scs uir obiit·
iiii· Rex erat igitur praefatus di
ſacerdos ecclesiam xpi diuina auxi
liante gratia annis circiter quadra
ginta ſub magna euangelicae praedi
cationis deuotione· ſub magno pie
tatis amore ·
Ac per id temporis multitudinem
populi catholico dogmate ad xpianae
fidei conuertit ſcitatem ·
Claruit ubique diuinae cognitio
legis·: ſciſſimum xpi nomen cunc
torum audiebatur in ore· ·
Floruit in moribus caſtiſſimae uitae
honeſtas· Ardebat in pectoribus
ſingulorum caeleſtis patriae amor·
Populus ſtatutis diebus ad ecclesiam
concurrebat· Feſta cum magno
gaudio noſtri ſaluatoris oportunis

caelebrantur diebus· Claemoſinae circa
domos uberrimae pauperibus diſper
tiebantur· uerbum di cordie per
loca ſingula populis praedicabatur·
Ymnicas laudes do horis canonicis·
clerus cantabat in ecclesiis· beatum
dixerunt populum cui haec ſunt·:
beatus populus cuius eſt dns ds eorũ·
Omnes enim in pulchritudine pacis
quieſcebant· in agnitione ueritatis
gaudebant· In ſcitate xpianae
religionis laetati ſunt· ·
Poſtquam uero pius praedicator·
et scs di ſacerdos meritis maturus
et annis praemia ſui laboris do diſ
penſante accipere debuit·: in eadem
atrabata ciuitate ualidae infirmitatis
febrae correptus eſt·: diuina prae
uidente miſericordia· ut ubi plurimũ
in di ſudauit ſeruitio·: Inde ad pal
mam aeternae beatitudinis per
ueniret·: Et inter cariſſimorum
manus filiorum· animam ſuo red
deret creatori· ·
Ut uero ſui obitum famuli ds deſignaret·
uiſa eſt nocte quadam clariſſimae
columna lucis· a culmine domus
in qua scs iacebat ſacerdos·: uſque
ad ſummum caeli horarum fermae
ſpacio duarum ſtare faſtigium ·
Quod cum uero di diceretur·
Intellexit ſtatim hoc ſignum ſuum
demonſtrare obitum·: uocauit ſuos
ad ſe filios ut eorum precibus ſuam
fideli conditori commendaret animã·
Et poſt dulces paternae pietatis ammo
nitiones· Et extrema caritatis uerba
ſacro sco corporis et ſanguinis xpi
confirmatus uiatico·: inter manus

lacrimantium spm emisit ·
O dies sco laetissima sacerdoti · sedcuncto
mestissima populo · quemtantus subito
corporali uita deseruit pastor ·. quem
tamen spiritali numquam deserit inter
cessione · sisacrae illius ammonitionis
uerba etprobatissimae uitae uestigia
sequi nondesistit ·
Conuenerunt itaque adultimas uenerandi
uiri exsequias clerus etpopulus copiosus.
Aliarumque ecclesiarum sacerdotes ·
praesbiteri · etdiaconi · sedmirum
inter lacrimantium uoces interra
psallentium utfertur aquibusdam
religiosis uiris coetus audiebantur in
caelo · · Etdum digno honoris
officio feretrum inquo iacebat corpus
paratum staret inmedio · sedaccedentes
mouere eum nonualebant ·
Quid uero agerent ambigebant ·. quose
uerterent nesciebant ·
Sciscitabantur ascopilione archi presbi
tero uiro religioso quisecretarius fuerat
sermonum scidi · · sialiquid desua
eum testari sepultura memoraret
Timentes neforte illis hoc ideo accidisset
Quia intramurum eiusdem ciuitatis
illum sepelire disponebant ·
Quibus ille respondit sepius eum audire
dicentem quodnullus intramuros ciuita
tis sepeliri debuisset · quiaomnis ciui
tas locus debet esse uirorum nonmor
tuorum ·
Consilioque abeo accepto ·. foras ciuitate
inoratorio quodsibi ipse parauerat
sepelierunt patrem ·
Quimox facillimae leuantes feretrum
portabant scm corpus cumluminibus lau
dibus etymnis adlocum sibi placitum
sepelientes eum cummagno honore
iuxta altare eiusdem oratorii ·. nobile
terrae condentes thesaurum ·. Inquo
loco diuina praestante pietate usque
hodie solent miracula fieri ·. quae
magis cernentium ore narrantur ·.
quamdictantis stilo scribantur ·
Super ueniente itaque tempore domus
inquo do dilectus diem obiit ·. flammis
arrepta ardere coepit · seduidente
quadam religiosa femina abita nomi
ne scs adueniens uedastus flammas
adomo discussit ·. Etita incolomis
remansit cumlectulo ·. Inqua uir
uenerabilis scam adcaelestia regna
animam emisit · Utomnes agnos
cerent quanta illius esset beati
tudo incaelis ·. Cuius lectuli domus
interris ardere nonpotuit ·
Pro cuius meritorum quoque scitate
diuina operante pietate ·.
cotidie uel uetera narrantur
miracula · uel noua uidentur ·
Felix equidem atrabata ciuitas
tam excellenti munita patrono ·
etsimurorum ruinis uilescat ·.
illius tamen meritorum nobilitate
clarescit ·
Totusque pro eius scitatis intercessione gaudeat populus omnipoten
tique do aeternas referat laudes ·.
quitam clarum illis perdonauit
doctorem ·
Cuius praedicatione uiam agnouit
ueritatis · Cuius precibus sinfidei
firmitate etuitae scitate consistit ·.
abomni aduersitate secura per
manserit ·. Etusque adperfectam
beatitudinis gloriam perueniet ·

Prestante dno nostro ihu xpo qui cum patre et
spu sco regnat ds p omnia saecla saeculoru. Am.

OMELIA IN DIE NAT. SCI UEDASTI PONTIFICIS. DICENDA AD POPULU.

Gaudete dilectissimi frs in dno. qui ad sci ssimi
patris et preceptoris nostri sci scilicet uedasti sol
lemnia conuenistis. et spitali iocunditate laeta
mini. et ex intimo cordis affectu clementia dni
nostri ihu xpi conlaudate. qui uos ab idolatriae er
roribus ad agnitione sui sci nominis p huius sci sa
cerdotis pdicatione pducere dignatus est. Sequa
mur unanimiter tam sci doctoris uestigia. Non
simus tanti patris degeneres filii. sed sectare uitae
illius morum nobilitate innitamur. Abiciamus a nobis
opera tenebraru. et induamus nos arma lucis sicut
in die honeste ambulemus. quia nox ignorantiae
recessit. et uerae scientiae nobis lum inluxit ut filii
lucis in omni castitate et pietate ambulemus. Non
sint alicuius nequitiae t malitiae occulta in cordibus
nris semina. quia homo uidet in facie. ds aut corda
considerat. nec aliquid illius omnipotentiae oculis
occultari potest. Preparemus nos in omni bonitate
ut p clarus pontifex et pius pdicator nr uedastus.
gaudens nos ante tribunal summi iudicis in die
ultimo deducat. quatenus ex numerositate filioru
illius cumuletur gloria. et nos cu illo desiderabi
lem audire mereamur sententia. uenite bene
dicti patris mei pcipite regnu quod uobis para
tum est ab origine mundi. Ille de caelesti patria
pius orationibus nrum cotidiae agonem adiuuare
non desistet. desiderans suos carissimos filios quos
paterna pietate genuit in xpo. ad gloriu ppetuae
puenire beatitudinis. Quapropter carissimi frs
unusquisq. in suo ordine. secdm uirium facultate
fortiter diabolicis resistat suggestionibus. ut ae
terna triumphi coronam cu pio parente nro
accipere dignus efficiatur. Non sunt enim condignae
ut ait apostolus passiones huius tporis ad super
uenturam gloria quae reuelabitur in nobis.

Igitur breue laboris tempus diuina nob uoluit esse
pietas. et agonis nostri retributionem ee per
petua. Et p temporali tribulatione pmanentis
gloriae mercede gaudere. Audiuimus itaq. cum
do dilecti sacerdotis uita legeretur. quanta in omni
bonitate habuit deuotione. quomodo p abstinentiae
rigorem suum castigauit corpus. qualiter p caritatis
officia omnibus prodesse contendit. Intendamus cum
omni alacritate mentis. et tota uiriu facultate
illius uitae uestigia ut beatitudinis in qua regnat
cu xpo consortes effici mereamur. Nulla carnalis
concupiscentia. Nulla saecularis ambitio. impe
diat iter nostrum. Curramus p opera pietatis. ad
caelestis patriae portas. Expectant nos ciues aeternae
ciuitatis. et rex ipse qui uult oms homines saluos
fieri. nram cum sciis suis uehementer desiderat
salutem. Decet enim nos illius ee cooperatores
in salute nostra. qui nos in tantu dilexit. ut p pprio
filio suo non pepcit. sed p nobis omnibus tradidit
illum. Diligamus eum. quia ille prior dilexit nos.
Faciamus illius uoluntate. quia uoluntas illius feli
citas est nostra. Habeamus semper in mente qd
ipse ueritas eandem diuitq respondit in euangelio. si
uis ad uitam ingredi serua mandata. quae sunt mandata
nisi caritas di et dilectio proximi. In his duobus p
ceptis totu lex pendet et prophetae. Dilectio itaq. p amm
in operibus misericordiae comprobetur. Qui saeculi
habeat substantia. Auxilietur non habenti. qui doctrine
habeat scientiam. corrigat errantem. Dicente aposto
lo iacobo. Qui conuerterit peccatorem ab errore
uiae suae. cooperit multitudinem peccatorum suoru. Sci re
debemus carissimi fratres qd quantas animas quisq.
lucrauerit do. tantas accepturus erit mercedes a do.
quantam gloriam habere putatis scm uedastum in
caelesti regno cum xpo. qui tam innumerabilem
populum sedula pdicatione xpo lucratus est. uel quis sunt t
quanta sit gloria animae illius spiritus int angelos.
dum tantum honorem habet corpus illius inter homines.
uel quid non potest p aliis p nobis impetrare in caelis.